



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Additio I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

CAPITVLARIVM
ADDITIONES QVATVOR.

ADDITIO PRIMA.

*Consultò heic omittimus hanc primam Additionem,
quia suprâ loco suo edita est pag. 579.*

ADDITIO SECVNDA.

CAPITVLA QVÆ DEINCEPS SEQVVTVR,
non tunc quando præscripta, velut in subsequenti-
bus habentur, inventa, collecta, ordinata, hucque inserta esse noscuntur, sed
postmodum à fidelibus reperta, hac in scedula, sicut acta erant,
sunt inserta, ut faciliùs à fidelibus, quotiens necesse fuerit, re-
periantur.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **V**T fidei sacramento baptizandi in-
buanantur, & ut parvuli de sacris
fontibus ab his non suscipiantur vel ho-
mines ad confirmationem teneantur qui
in publica penitentia adhuc canonicè in-
reconciliati manserint.
2. Quo tempore baptisma celebrari oporteat.
3. Vt pactum in baptisate factum cum
Deo à baptizatis observetur.
4. Quid sit abrenuntiatio in baptismo, &
quomodo observanda sit.
5. De scholis per singulas urbes habendis.
6. Quòd ab Episcopis jejuniis impositionem
manuum fieri oportet.
7. De Presbyteris indiscretè per diversa non
mittendis.
8. Vt Presbyteri qui gradum amiserint,
canonice penitentia subdantur.
9. Vt nullus Presbyterorum Missam solus
celebrare præsumat.
10. Vt in unaquaque Ecclesia proprius Pres-
byter habeatur.
11. Vt in die dominico rurale opus non fiat.
12. De Missarum celebrationibus in locis in-
congruentibus minime agendis.
13. Quòd Presbyteri inconsultis Episcopis vi-
duas velare non debeant.
14. De puellis virginibus à Presbyteris non
velandis.
15. Quòd quaedam feminae sibi velum abs-
que assensu sacerdotum imponant.
16. De Abbatissis & sanctimoniabus que
contra canones viduis & puellis velum
imponant.
17. De feminis nobilibus que post mortem vi-
rorum suorum capita velant statim.
18. De illicito accessu seminarum ad alta-
re.
19. Vt nullus Canonicorum vel monachorum,
nisi predicationis aut alicujus certè ne-
cessitatis causa, & hoc licentia Episcopi,
vel qui ab eo sua vice fungitur, monaste-
rium monachorum aut Canonicorum adi-
re præsumat.